

355 Schriften

zur

Sächsischen Familieng.

17. Javh.

Zd  
4150



**SALVE MAGISTER**  
 Dictum Acclamatumque  
*PRÆSTANTISSIMO LITERARISSIMO*  
**JUVENI,**  
**DN. CHRISTIANO**  
**Gottfried ALBERTI**  
 Lipsiensi,  
**In Academia Patria**

*Prid. Calend. Febr. A. 1695.*

---

*LIPSIAE,*  
 Excudebat **CHRISTOPH. FLEISCHERUS.**

Jo. Benichus Carpov, D.P.P.  
 Fac. Theol. Decanus



Ad  
*Summè Venerandi Parentis*  
Filium æmulum,  
**DN. CHRISTIAN. GOTOFREDUM**  
**ALBERTI,**  
insignia **MAGISTERII**  
Summa cum laude capeffentem,  
**GRATULATIO**  
L. Johannis Schmidii, P. P.  
& Academiae h. t. Rectoris.



**A**ccipe, Flos Juvenum, docti spes opti-  
ma secli,  
Quod noster de Te vaticinatur  
amor.

Sera, juvante Deo, Magni post fata  
Parentis

Phœnici similem Te, mihi crede, geres.  
Scilicet è Patris tumulo prodibis, & ipsum  
Vivum Orbi reddes restituesque Patrem.  
Namque Patri similis cum jam Tu plurima præstes,  
Plane olim similem te fore, credo, Patri.  
Præfense ecce! dies, quo cingit tempora laurus,  
Omne felici comprobat augurium.

Ad  
Candidati, mei ex baptisinate  
**PROFILII,**

*Dominum Parentem, Virum*  
*undiquaque celeberrimum,*  
Collegam & Compatrem honoratissimum.

**F**ortunate Pater, gaude spectator honorum,  
Quos Tuus ex merito Filius ecce capit.  
Lætitia at non sola Tua est, nec honor Tibi solus;  
Pars mihi lætitiæ, pars & honoris erit.  
Nempe renascendum quem me Sponsore dedisti,  
Ille quidem Tuus est, sed tamen & meus est.  
Si Tibi, sique DEUS mihi vitam proroget, olim  
Major honos, majus gaudium utrumque manet.

Bono omine scribebam gratulabundus  
**Jo. Benedictus Carpzov, D. P. P.**

Fac. Theol. Decanus.

A pueris,



558  
P. 53

**A** pueris, ALBERTE, tibi placuere Sorores  
Aoniæ; hinc cingunt laurea Serta caput.  
Perge bonis avibus, vestigia quære PARENTIS:  
Sic eris Aonidum Theologiaeque Decus.

*Bona scava causa gratul. scrib.*

D. Georgius Lehmann/

P. P. u. Superint.

---

**N** Empe tuos vidit nuper, CHARISSIME, nifus,  
Et studium in doctis vidit Apollo schedis,  
Judiciumque tuum miratus talia dixit:

*Tempus adest, JUVENI præmia digna dabo.*

*Dixit, & hinc capiti laurum implicuisse virentem*

*Cœpit, & hoc sermo condecorare comas.*

*O dignum virtute decus! Sic optima perge*

*Discere, & arcanis invigilare libris.*

*Nam PATRIS titulos MAGNI contingere magnos,*

*Et nostri Phœnix temporis esse potes.*

*Interea Numen precor, ut tua dona coronet,*

*Et tibi longævo prospera fata duit.*

*Sentiat e studiis fructus Ecclesia multos,*

*ALBERTIQUE Domus perstet in orbe vigor!*

*Debitæ gratulationis ergo*

f.

Jo. Olearius, D. & P. P.

Capituli Cizenf. Senior.

---

**I**mmatura Meæ postquam Mors Conjugis omnes  
Nos contristavit, læta Tibi orta dies.  
Sponsus enim Sophies nova gaudia percipis: O si  
Arceat a Nobis tristitia quæque Deus!

*In honorem Dilectissimi Dn. Affinis sui fac.*

*Delicii gratulabundus*

D. Joh. Conr. Sittig/

Concionator Aulicus, Confessio-  
narius & Vice-Superint.

---

**J**O triumphe! cano, Patris quod Vota secundas,  
Fus Paradisiacum cum Patre quando doces.  
Nunc meritâ Pallas cingit tua tempora Lauru:  
Cum Patre sic ridens, Jo triumphe! cano.

*Magni Parentis magnæ spei Filio, affectu quam versu pro-  
lixiore de Magisterii Honoribus gratulaturus, bonæ  
scævæ ergo f.*

D. Leonhard Baudis.

Jo( 2

Sophia



Sophia stellt sich schon mit der Vergeltung ein,  
Er fahre ferner fort Eusebien zu ehren/  
So wird sie vor die Müß erwünschten Lohn gewehren  
Und Er ein Ebenbild des grossen Vaters seyn.

Hierdurch wolte seinem hochgeehrtesten Herrn Schwager  
seine schuldigste gratulation zu der ruhmwürdigst er-  
langten Magister-Würde abstaten

D. Gottfried Barth.

QVi Patre non est degener incluto,  
Laudem meretur multiplicem. Tener  
Nam furculus gliscit bona germina  
Proferre tandem. Nescit epomide  
Ornare pectus non meritâ pigrum  
Clio; nec omnis concitat ungula  
Fontes Minervæ. Sedulus irrigat  
Labor sereno Nectare Filios,  
Fructusque confert insolitos suis.  
Res est aprico lumine clarior;  
Exempla prostant. Laurea Verticem  
Doctum coronans indubia est rei  
Rectè peractæ Gloria Præmium.  
Sic est; Paterni Triga regerminans  
Fratrum fit Hæres æmula Nominis.  
Fortes creantur fortibus ac bonis,  
Virtus Leonum non minor eminent  
In prole. Certum est. Auguror omine  
Non invidendo Te similem Patri.

*Quod Clarissim. Dn. Candidat. animit. optat,  
cum omnigen. corpor. & animi  
felicitate*

D. Johann Sieboldt/  
Sereniss. Duc. Saxon. & Princip.  
Anhaltin. Med. Acad. Leo-  
pold. Imper. Nat. Curios.  
Laomed.

Proto-



**P**rototypi laus magna Typi. Tu suspice primum,  
Ectypon & fies nobile, Amice, Patris.

*Honoribus Magisterialibus Præstantissimi Juvenis  
applaudebat*

L. Johannes Cyprianus,  
P. P.

**G**audia carpit amor venerandi magna Parentis,  
Dum lauru Gnati tempora cincta videt.  
Crescat honos Gnati, ut Patris quoq; gaudia crescant,  
Magnaque gratandi surgit utrinque seges!

*Nobilissimo Dno. Alberti Magni Parentis  
Filio non degeneri de novis honori-  
bus gratulans scripsit.*

L. Thomas Ittigius.

**E**Ntua quâ cum laude premat vestigia Natus,  
Summe Vir, & quantum floreat inde decus.  
Nempe, quod ut multos posset recreare Parentes  
Effecisse Tibi non nisi dulce fuit.  
Id Natus largo pensat cum fœnore, monstrans,  
Quàm studeat totus ritè referre Patrem.  
Hæc lux est testis, Sophies quæ præmia confert,  
Conferet excipiens hanc nova plura dies.  
Non dubium est perget premere hæc vestigia Natus,  
Et fiet similis re titulòque Tibi.

*Præceptori S. ac in Christo Parenti ad cineres  
usque devenerando, Magnif. Dn. D. Al-  
berti, de Nobiliss. Filii incrementis ac Ho-  
norib. Filioque simul ipsi, de vestigiis,  
quibus infistit, Paternis animitus gratu-  
latus scr.*

Gottlob Fridericus Seligmann/  
S. Th. Lic. ad D. Thom. Archidiac. &  
Min. P. P. Collegiat.

**G**Natus dum sequitur Vestigia clara Parentis,  
Perque Gradus Phœbi culmina sacra petit;  
Laudibus illustrat Nomen venerabile, Fama  
Quod cursu dudum volvit ad alta Poli.  
Sic celebris surgens ALBERTI Gloria Lauru,  
Semper erit Cœlo, semper honora solo!

*Magnifico Domino Alberti, Præceptori quondam  
suo optime de se merito, propter gaudium,  
ex honoribus Filii haud degeneris feliciter  
susceptum devote gratulatur*

Lic. Johannes Dornfeld.

10( 3

Quem



**Q**uem Philuræa suum decus & veneratur Ocellum,  
Svadæ qui Princeps atque medulla cluet;  
Hunc TIBI concessit DEUS, ô Suavissime, Patrem,  
Qui egregiis studiis digna Brabæa refers.  
Perge & Magnifici cum cura insiste Parentis  
Vestigiis, quondam & , credito, Magnus eris!

Meritissimos Magisterii honores Nobilissimo  
DN. Candidato ex animo gratulatus  
sic ominabatur

M. Immanuel Horn,  
ad D. Thomæ Eccles.  
Vespertinus.

**M**agni Parentis æmulo legis gressu  
Vestigium omne, CHRISTIANE GOTTFRIEDE  
ALBERTI, ut omen prosperum fiet. Nuper  
Prodire doctâ disputatione ausus  
In Publicum, hostem Veritatis audacem  
Prostraveras, nunc publicè brabeum fers  
Sollers honorum Candidatus, ast plura  
Intendis atque consequeris. Ingenti  
Hæc spectat ipse gaudio Pater: Nate,  
Sic perge, dicens, Nate dulce venturæ  
Columen senectæ, spes domûs meæ, Nate.  
Sic itur astra versus. Hæc chorus spectat  
Lætoque plausu concinit Tibi, Patri,  
Tuisque Cunctis. Ipse, si velis omen,  
Id addo: Cui fert Lilia ista vastatrix  
Hyems, rosas huic Ver feret, feret fructus  
Æstas & omnem tota dives autumnum.

His & Dn. Parenti, Patrono meo, & Dn.  
Parentis Filio æmulo, Amico, gratulari  
novos honores Magisteriales voluit

M. Albrecht Christian Kottb/  
Ecclesiast. Thoman.

Quid-



**Q**Vidquid ego didici, teneo quin quidquid  
honorum

Omne Tuo, ALBERTI, debeo, crede,  
Patri.

Is vigeat, videat seros florere nepotes,  
Tuque Patri similis Phosphorus esto brevi!

*Auditori antehac, nunc Fautori æstumatissimo  
gratulabund. scrib.*

M. Jo. Gottlieb Hardt/  
Assessor Facult. Philos.

Ad  
Dominum Candidatum.

**C**Um primos, memini, nos ambiremus honores,  
Quos donare suis Philosophia solet,  
Ipse Tuos amplos profectus esse videbam,  
Dotes præclaras, ingeniumque capax:  
Inde Magistrum Te fore vaticinabar eodem  
Anno fortassis, sive sequente tamen.  
Attamen, ut video, nunc me spes ista fefellit,  
Quam certam nobis hæc Tua dona dabant;  
Binis lux vicibus posthinc comparuit ista,  
Ornati lauro quam celebrare solent,  
Nec Tibi cum reliquis lucem hanc celebrare placebat,  
Quantumvis laurum carpere dignus eras.  
Sicque quidem augurii me circumstantia quædam  
Fallebat, sequitur res tamen ipsa bene,  
Dum nunc, Alberti mi suspiciende, Magister  
Unà cum reliquis diceris ipse novus.  
Quid superest porrò? Quod possum, pectore totò  
Gratulor, ingenium promicuisse Tuum,  
Utque artes porro Tibi profint opto precorque,  
Ad finem felix perveniasque Tuum.

*Sic Fautori atque Amico suo singulariter  
colendo ac honorando de novis ho-  
noribus gratulari debebat*

M. Joh. Christian. Schelle.

Destino



**D**estino Te Cathedræ, Fili Charissime, Sacræ;  
Te tamen in Sophica jam quoque fisto lubens.  
Regia namq; via est, Tibi quâ patet, Auspice Christo,  
Ritè Magisterium, ritè Ministerium.

*Parens Tui Amantissimus*

**D. Val. Alberti.**

Ad

**Fratrem Dilectissimum.**

**G***Audeo Te Sophica lauru oblectare Parentes:  
O Mea præstet idem, Numine dante, Themis!*

*Gratulabundus ex animo f.*

**Joh. Christoph. Alberti.**

**G**Ratulor ut Sophicam Tibi, Frater Chare, co-  
ronam,  
Tu mihi sic opta, ut possim aliquando sequi.

**Val. Alberti,**

*Musarum Laubanenſ. h. t. Alumnus.*



*H. Dreyerudol Jussol. P. 5. 5.  
H. Dreyerudol Vini. P. 5. 5.  
H. Dreyerudol Vini. P. 5. 5.  
H. Dreyerudol Vini. P. 5. 5.  
H. Dreyerudol Vini. P. 5. 5.  
H. Dreyerudol Vini. P. 5. 5.  
H. Dreyerudol Vini. P. 5. 5.*

ULB Halle  
001 602 675

3





2d 4158  
40

- 223. Samuel Faust. 380.
- 224. H. Kobias Müller. 390.
- 225. H. Johann Meißner. 392.
- 226. H. Hof. Benjamin Meißner. 396.
- 227. H. Samuel Giesels Jungfer. 398.
- 228. H. Hof. Samuel Faust. 402.
- 229. Hof. Georg Jacob Meißner. 404.
- 230. H. Hof. Carl Faust. 404.
- 231. H. Samuel Faust. 413.
- 232. Hof. Carl Faust. 419.
- 233. H. Hof. Carl Faust. 427.
- 234. H. Hof. Carl Faust. 429.
- 235. H. Hof. Carl Faust. 431.
- 236. H. Hof. Carl Faust. 436.
- 237. H. Hof. Carl Faust. 444.
- 238. Hof. Carl Faust. 446.
- 239. Hof. Carl Faust. 448.
- 240. H. Hof. Carl Faust. 448.
- 241. H. Hof. Carl Faust. 454.
- 242. H. Hof. Carl Faust. 458.
- 243. Hof. Carl Faust. 462.
- 244. Hof. Carl Faust. 466.
- 245. Hof. Carl Faust. 469.
- 246. Hof. Carl Faust. 473.
- 247. Hof. Carl Faust. 475.
- 248. Hof. Carl Faust. 485.
- 249. Hof. Carl Faust. 487.
- 250. Hof. Carl Faust. 489.

- 251. H. Hof. Carl Faust. 491.
- 252. Hof. Carl Faust. 497.
- 253. Hof. Carl Faust. 499.
- 254. Hof. Carl Faust. 501.
- 255. Hof. Carl Faust. 503.
- 256. Hof. Carl Faust. 505.
- 257. Hof. Carl Faust. 507.
- 258. Hof. Carl Faust. 509.
- 259. Hof. Carl Faust. 511.
- 260. Hof. Carl Faust. 513.
- 261. Hof. Carl Faust. 515.
- 262. Hof. Carl Faust. 517.
- 263. Hof. Carl Faust. 519.
- 264. Hof. Carl Faust. 521.
- 265. Hof. Carl Faust. 523.
- 266. Hof. Carl Faust. 525.
- 267. Hof. Carl Faust. 527.
- 268. Hof. Carl Faust. 529.
- 269. Hof. Carl Faust. 531.
- 270. Hof. Carl Faust. 533.
- 271. Hof. Carl Faust. 535.
- 272. Hof. Carl Faust. 537.
- 273. Hof. Carl Faust. 539.
- 274. Hof. Carl Faust. 541.
- 275. Hof. Carl Faust. 543.
- 276. Hof. Carl Faust. 545.
- 277. Hof. Carl Faust. 547.
- 278. Hof. Carl Faust. 549.
- 279. Hof. Carl Faust. 551.
- 280. Hof. Carl Faust. 553.















Pon. Zd 41.5 0,4°

ULB Halle 3  
002 387 336



Sb.

V. 17









# SALVE MAGISTER

Dictum Acclamatumque

PRÆSTANTISSIMO

ISSIMO

DN. CH

ANO

Gottfried

RTI

In Aca

ria

Prid.

Excudeba

